



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 38. Quid præterea sit hīc notandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

is libro.
t, quod
, saltem
fficiente
olam ad
libri, in
vm.l.c.&
im juſſi
1, Laym.
cur, qui
feorūm
l.c.m.;
imò ſe
pagina
n Bou. &
ir, Com
ntim
cato
ofitatu
i parvo
at ma
ym.n.y.
, fi vel
eligo
at.d.2
el in a
10 no
onelle
impe
caus
defen

defendit. Ita Bon., tamen excusat eum, qui lau-
dat ſtylum vel ingenium auctoris, vel bonam-
doctrinam, quae in eo eft, fed non quatenus in-
eo eft, v. g. fi dicas, hic liber eſſet bonus, fi non
abberet hærefin, quia talis non defendit. Laym. p. 20.
Laym. 10.1.d.2.q.5.p.4.n.18. Et 10.3.d.1.q.2.p. 4. n.20. 20

A D D E N D A.

Q Uæſt. 38. Quid præterea ſit hic notandum. R. 327.

Bullam Cœnæ ad longum dedi l. 6. p. 2. n. 1054. excommunicationes autem ejus noven- decimi redegit in compendium Polancus in ap- pend. ad direct. Confess. pag. 105. De immuni- tate ecclesiastica, & quomodo illa violetur, dixi 14.2.n. 1331. Quomodo incurant hanc ex- communicationem illi, qui interficiunt, percu- tunt, ſpoliant accedentes pro negotiis ſuis vel accedentes à Cura Romana fuſè explicat, Delb. c. 1. d. 6. 7. & 9. Partes omnes Bullæ Cœnæ accu- tate explicat Caſtrop. hic d. 3. per prima 22. pun- ta. Que bona Clericorum ſint immunitia, de- clarat Sperell. decis. 35. 135. 142. Contra Bullam Cœnæ nullâ consuetudine præscribi poſſe fuſè diſtendit Sperell. decis. 37. ubi, uti & poſtea decis. 40. fuſè proſequitur, quomodo poenas incur- vant, qui gravant Clericos ſive in judicio ſive ex- tra. De his autem, qui gravant eorum colonos agit decis. 41. uſque ad 45. Et de his etiam vi- deci potest Pignat. tom. 1. conf. 97. 166. 466. tom. 2. conf. 50. 51. tom. 6. conf. 33. Judicem autem laicum nequidem poſſe ſupplere negli- gentiam Judicis Ecclesiastici, qui Clericum non corrigit, oſtendit Sperell. decis. 126. Clericum quoamvis non ferat habitum, non debere remitti

remitti ad forum laicale , docet *Pignat.* tom. 1. cons. 46. Familiares Cardinalium & Episcoporum , quamvis laici sint , gaudere privilegio fori , ideoque eum incidere in excommunicacionem Bullæ cœnæ , qui ipsos trahit ad forum secularare , docent *Sperell. Delb.* aliisque cum *Pignat.* tom. 1. cons. 95. De excommunicatione ob impeditam ordinariam jurisdictionem ecclesiasticam multa habet *Pignat.* tom. 6. cons. 18. & *De Luca* in miscell. eccles. disc. 19. ubi dicit per impudentem hic intelligi personam publicam vel potentem. Quæ omnia quia pro communi præparū serviunt , omitto. Circa hæresin , quandam sit formalis , colligi potest ex dictis l. 1. n. 92. Quandonam sit externè manifestata & Papæ reservata , dixi l. 6. p. 2. à n. 1613. 1640. Quis ab ea & à casibus Bullæ cœnæ possit absolvire , dixi ibidem , & aliqua mox addam. Quæ ignorantia vel probabilitas excusat ab hæreti formalis & à peccatis illi annexis , aliquid dixi l. 2. à n. 43. & de hoc videri possunt plura apud *Pignat.* in novissimis consult. 197. Denique ad hoc , ut obliget Bullæ cœnæ , satis esse quod Romæ promulgata sit & Pontifex velit promulgationem illam haberi pro sufficiente , docet cum communione *Pignat.* tom. 1. cons. 170. à n. 18. Hic aliqua addam circa libros hæreticos & prohibitos.

328. Q. 39. Quid addendum sit circa libros hæreticorum.
R. §. 1. Bulla cœnæ excommunicat eos , qui hæreticorum libros hæresin continent , vel detegunt tractantes , sine autoritate Sedis Apostolicæ scienter legunt aut retinent , imprimunt seu quomodolibet defendunt ex quavis causa , publicè vel occultè , quovis ingenio vel colore : itaque hæc quatuor sub excommunicatione prohibi-